



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

I xv. Ad lippitudinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

mensura, locum affectum conspergito & melle illinito, ad solem post accipitrem exponito; ad sanitatem perduces.

Ad dolorem maxilla.

ACCIPITREM ex maxillis laborare, vel alijs interioribus partibus circumvicinis cognosces ex manu gestantis. se enim abijcit, neque perticæ insistere vult: sed etiam pinnæ caudæ rariores fiunt, & minuuntur; salivam cruentam expuit, & volitat. sic ipsum curabis. Vinum vetus dabis ieiuno, & catello paruulo vel nefrende per tres dies ipsum nutries, deinde butyrum dabis, & sanabis. Vel radicem argolici, siue hyoscyami contritam cum carne dabis.

Ad debilitationem.

MEDULLAM veruecinam feruefactam præbebis edendam, & reficies.

Ad lippitudinem.

CLAVO cupressino tenui ignito nares ipsius aperito. Vel lac caprifici infra linguam infundito.

Ad lesionem axillarum.

FREQUENTER axillam aqua frigida fouebis, & sanabis.